UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

Qualiter pœnitens & conuerti volens, debeat inchoare, prosequi, & complere.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55472

Visual Library

onis lucis diuinæ & increatæ, tanta dulcedo bea
tificæ fruitionis ſummæ ac præſtantiſſimæ boni
tatis: vt quamuis non liceret manere in gloria il
la niſi horula vna, propter hoc tamen innume- Auguſtin.
rabiles anni ſeculi huius pleni delitijs merito con
temnerētur. Ibi inceſſabilis & infatigabilis laus
creatoris: contentatio plena ita vt nil amplius
appeti poſſit, ſumma concordia, inuiolabilis a-
mor, inuariabilis ſtatus, æterna ſecuritas, iucun-
diſſima prorſus ſocietas. IVVENIS. Satisfeci-
ſti deſiderio meo, & nunc toto corde cum ingen-
ti affectu ad pœnitentiam & conuerſionem in-
dilatam paratus ſum: ſed precor dignare me in-
formare, qualiter inchoandum, proſequendum,
& conſummandum ſit mihi.

Qualiter pœnitens, & conuerti volens, debeat inchoare, proſequi & complere. Art. XI.

SENIOR.

SIcut ſanctus aſſerit Auguſtinus, ini- Auguſti.
tium bonorum confeſſio eſt malorū.
In primis ergo debes in ſecreto et q-
eto loco vitam tuam præteritam di Inſtruitur
ligenter diſcutere, peccata tua quan in hoc ca
tum poteris omnia ad memoriā re- pite con-
uocare, atque de eis intra te cordialiter ac vehe uerti deſi
menter dolere: ſicque ad confeſſionem procede- derās de
re, & ea diſtincte ac doloroſe cum pleno emenda ordinato
tionis propoſito confiteri: & quicquid tibi pro ſa proceſſu.
tisfactione a confeſſore iniungitur, deuote & in
ſtatu ſalutis hūiliter adimplere, & a recidiuo in-
ceſſanter cauere. Deinde quum dicat Saluator
Matthæi decimo nono, Si vis ad vitam intrare,
ſerua mandata; oportet te præcepta DEI atque

Præcepta dei & Eccle. obſeruanda eē

ecclesiæ omnia obſeruare, quantum ad tuum pertinet ſtatum: quia vt ait Apoſtolus Iacob. ſi quis totam legem impleuerit offendat aūt in vno, factus eſt omnium reus. Debes ergo deum ſuper omnia toto corde diligere, et teipſum ac oĩa tua, et cuncta quæ agis cogitas appetis aut loqueris, ad dei honorem & gloriam, & ad diuini amoris ordinare profectum. Quatuor nouiſſima tua iugiter in memoria habe. Totam conuerſationem tuam in timore dei initiali ac filiali, & in profunda ac ſtabili funda humilitate. Corā proximis exemplariter viue. Ad reſiſtendum tētationibus ſemper eſto paratus, In dubijs quære a ſapientibus ac diſcretis conſilium & doctrinam. Quotidie antequam eas dormitum, examina temetipſum qualiter diem exepēderis, quid mali in ea commiſeris, quid boni omiſeris: & ſic de omnibus tuis peccatis q̄tidianiſq; culpis dole, ingemiſce, plora, veniam pete, emendationem propone, & ſuo tempore confiteri intende. In lecto decēter & pudice te habe, mox quando euigilas cor tuū leua ad deum orando, ac ſalubria meditando: & dum ſurgis, primum quære regnum dei & iuſticiam eius, ac diē fructuoſe expende. In cibo, potu, ſomno, ac veſtitu moderamen obſerua: paſſionem domini noſtri Ieſu Chriſti quotidie diligenter recogita. Motus animi ac paſſiones uince ac rege, proximis eſto benignus, affabilis, charitatiuus. Pauperibus liberalis, imo ad omnia opera miſericordiæ tā corporalia q̄ ſpiritalia pro poſſe intentus, linguam refrena. In exterioribus occupationibus mentem multotiens ad deum erige, diſcretionem in cunctis obſerua, præſentiam dei aſſidue penſa. Iuſticiam dilige, eſto ſyncerus, ac

Matt. 22

Ecclc. 7.

Deute. 32

Matth. 6

Ecc'. 16. 17.

Matt. 5.

calliditate duplicitate ſimulatione excluſis, ma- Rom.13.
ioribus eſto ſubiectus. Nemini qcquam debeas,
niſi vt diligas omnes. In his & cōſimilibus te ex
erce, profice, perſeuera. IV. Saluberrimæ prorſus
doctrinæ, quibus deo præſtante obtemperare co
nabor. Et nunc o ſenior venerande, o pater dile-
cte, ex totis præcordijs gratias tibi ago, me totũ
tibi exhibeo ac rependo. SENI. Conuerſioni &
gratitudini tuæ toto corde cōgratulor, de tuo pro
fectu in domino lætor. Præſtet nobis altiſſimus
taliter conuerſari in ſeculo iſto, vt vitæ huius cō
pleto curriculo congregemur, & beatifice
mur ſimul in cælo, in creatore et ſalua
tore noſtro: qui eſt ſuper omnia
deus ſublimis & benedi-
ctus, Amen.

FINIS.